



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 6. Sententia Curiae Parisiensis contra Annales Ecclesiasticos Henrici Spondani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Neoburgici conjuxerat, ductore Schwen- Sæc. XVII.
 gelio intempestæ noctis silentio impro- A. C. 1613.
 visus aggressus est, urbe haud dubia
 potiturus, nisi cives a mænibus noctur-
 nos hosce invasores egregie depulissent.
 Id ubi Neoburgico innotuit, dilaudata
 civium fide ceteras urbes ad æqualem
 fidelitatem, & vigilantiam hortatus vi-
 cissim cum Bavaris, Cæsareis & Au-
 striacis clam foedus pepigit.

§. VI.

*Sententia Curiae Parisiensis contra
 Annales Ecclesiasticos Henrici
 Spondani.*

Sub idem tempus in Galliis die deci- *Argentre*
 ma sexta Aprilis Servinus Regius *collect. jud.*
 Procurator in Curia exponebat, quod *tom. 2. p. 73.*
 in Annalium Baronii epitome ab Hen-
 rico Spondano concinnata plura pro-
 fanæ potestati ac jurisdictioni, necnon
 supremæ Regum ac Principum Maje-
 stati, honori & auctoritati adversa con-
 tineantur, & quidem primo carpebat
 Servinus, quod in hoc libro referatur,
 Episcopis tam amplam causas etiam
 profanas decidendi jurisdictionem in
 primo sæculo fuisse attributam, *ut e-*
tiam male a secularibus Magistratibus ju-
dicata retractarent. Addidit etiam quod
 Spondanus per hæc verba: *Regnum po-*

Sæc. XVII. *liticum parere debet Præfecturæ Ecclesia-*
 A. C. 1613. *sticæ, stabilire videatur doctrinam illo-*

Pag. 623.

Pag. 1018.

rum, qui tenent, quod Papa, quoties obediendo salus æterna periclitatur, Regibus etiam in rebus profanis sit superior. Delendam etiam censuit hanc Spondani animadversionem, dum loquens de corona aurea, quam Clodoveus Rex Romanæ Ecclesiæ dono dederat, subjungit: *eo munere visus est Rex oppignorasse Regnum suum in Ecclesiæ Romanæ præsidium: in his autem verbis venenum latere putabat Servinus, eo quod Spondanus desuper mentem suam explicasset aliis in locis, præcipue cum quemdam Ruffiæ Imperatorem se suumque Regnum Ecclesiæ Romanæ submisisse referens, hæc addidisset, eo exemplo intelligitur, quomodo contigerit plura regna oblata reperiri Apostolicæ Sedi: nempe christiana Regum pietas efficiebat, ut persuadentes sibi magis protectione Sancti Petri Apostolorum Principis quam armis regna defendi, offerrent illa eidem Sancto, a quo per Successorem ejus Romanum Pontificem acciperent in feudum, præstito eidem fidelitatis juramento.*

Ex his autem verbis inferebat Servinus, sequi, quod etiam Franciæ Rex sicut ceteri in profanis Pontifici subiectus foret. Insuper displicebat eidem, quod Spondanus omnia verba ex S. Remigii testa-

testamento, in quo hic Sanctus Fran- Sæc. XVII.
 ciæ Regibus anathema dicit, referat, & A. C. 1613.
 applicet ea verba: *Principatum ejus ac-*
cipiat alter: idem censuit quoque Ser- Pag. 623.
 vinus de Privilegio, quod S. Gregorius. Pag. 704.
 Papa Monasterio S. Medardi concessit.
 Præcipue vero excandescit, eo quod Za-
 charias Papa Childericum stupidum Pag. 800.
 exauctoraverit, regnumque in Pipinum
 transtulerit, non via juris, sed facti,
 ut inquiebat Servinus, qui in Sponda-
 num acrius invehitur, eo quod, licet
 Baronius duntaxat dixisset, quod Pon-
 tificex possit *infestum Ecclesiæ Regem de-* Pag. 856.
ponere, ipse tamen Spondanus posue-
 rit *infestos Reges*, & alio in loco ad Con-
 ventus Aquisgranensis acta, atque ad
 eorum hæc verba: *Episcopi Lotharium*
Regno privatum declararunt, hanc anno-
 tationem addiderit: *Ex quo suggillandi*
sunt Politici Novatores, qui in controver-
siam revocant, num Pontifex potuerit Fran-
corum Regnum a Childerico in Pipinum
transferre. Rejicienda quoque censuit Pag. 998.
 Servinus hæc Spondani verba: *Ex qui-*
bus intelligas ipsum Henricum I. quia Apo-
stolicæ Sedi adversabatur, metuisse quam
citius e medio tolli, & Tribunali incorrupti
Judicis sisti. Hæc verba, quamvis Ba-
 ronius Romæ scripsisset, non tamen,
 addit Servinus, Spondanus patria Gal-
 lus de Franciæ Rege proferre debuif-
 set:

- Sæc. XVII. A. C. 1613. *set: Eundem quoque reprehensione dignum existimat, eoquod Gregorii VII. facta contra Reges retulerit, & Urbani II. Papæ acta referens dixerit, quod Episcopi, excepto Carnutensi, nimia indulgentia erga Philippum Regem usi fuerint: rursus eum redarguit Servinus, quod allegarit Ivonis Carnutensis Episcopi verba, quibus dixit, quod Paschalem Papam rogarit, ut dispensare velit in fidelitatis juramento, quod adversus decreta Pontificum Episcopi Philippo Regi præstare coacti sunt: hæc verba, addit Servinus, non debuisse Spondanus usurpare, utpote natus Regis subditus, nec etiam, ex quo Romanus factus est Sacerdos, oblivisci debuisse legum Gallicarum.*
- Pag. 1012. *Papæ acta referens dixerit, quod Episcopi, excepto Carnutensi, nimia indulgentia erga Philippum Regem usi fuerint: rursus eum redarguit Servinus, quod allegarit Ivonis Carnutensis Episcopi verba, quibus dixit, quod Paschalem Papam rogarit, ut dispensare velit in fidelitatis juramento, quod adversus decreta Pontificum Episcopi Philippo Regi præstare coacti sunt: hæc verba, addit Servinus, non debuisse Spondanus usurpare, utpote natus Regis subditus, nec etiam, ex quo Romanus factus est Sacerdos, oblivisci debuisse legum Gallicarum.*
- Pag. 1041. *scopi, excepto Carnutensi, nimia indulgentia erga Philippum Regem usi fuerint: rursus eum redarguit Servinus, quod allegarit Ivonis Carnutensis Episcopi verba, quibus dixit, quod Paschalem Papam rogarit, ut dispensare velit in fidelitatis juramento, quod adversus decreta Pontificum Episcopi Philippo Regi præstare coacti sunt: hæc verba, addit Servinus, non debuisse Spondanus usurpare, utpote natus Regis subditus, nec etiam, ex quo Romanus factus est Sacerdos, oblivisci debuisse legum Gallicarum.*
- Et 1042. *scopi, excepto Carnutensi, nimia indulgentia erga Philippum Regem usi fuerint: rursus eum redarguit Servinus, quod allegarit Ivonis Carnutensis Episcopi verba, quibus dixit, quod Paschalem Papam rogarit, ut dispensare velit in fidelitatis juramento, quod adversus decreta Pontificum Episcopi Philippo Regi præstare coacti sunt: hæc verba, addit Servinus, non debuisse Spondanus usurpare, utpote natus Regis subditus, nec etiam, ex quo Romanus factus est Sacerdos, oblivisci debuisse legum Gallicarum.*
- Pag. 1063. *Philippo Regi præstare coacti sunt: hæc verba, addit Servinus, non debuisse Spondanus usurpare, utpote natus Regis subditus, nec etiam, ex quo Romanus factus est Sacerdos, oblivisci debuisse legum Gallicarum.*
- Pag. 1092. *Gallicarum. Denique ipsum, quod mentionem fecerit de excommunicatione Ludovici Regis, reprehendit, ipsosque Curie Senatores rogat, ut quosdam deputent, qui loca ex hoc libro expungenda annotarent, eaque supprimi ac rejici juberent, interim vero nondum expurgata illius exemplaria vendi, retineri, aut perlegi severe inhiherent: Verum Curie Patres se desuper proxime deliberaturos edicebant.*